Q. K. 413,4.
12
X 1877091
II i 538

# AGONIA PASSIONALIS,

ORATIONI VALEDICTORIÆ

*De eodem Argumento,*

ANNO ∞ IↃ. LXXVII.

Die 12. Aprilis,

*In*

SCHOLA ANNÆBERGENSI

habendæ,

Præfationis loco præmiſſa

*à*

M. EMANUELE Lehmann/

Scholæ Rect.

Ex Chalcographeo Davidis Nicolai.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101633-p0001-9

בשש:

§. I.

Vidimus Olivetum, luctatoris JESU palæſtram: (α) Succedit Ἀγωνία, in qvâ παγκρατιαστὴς victor (β) Salvator non oleagineam accepit coronam, (γ) ſed æterna gloriâ & honore fuit coronatus. (δ) Pythicos olim Agonas χρηματίτας aut στεφανίτας fuiſſe accepimus: (ε) nos οὐ φθαρτοῖς, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι (ζ) luctando liberati ſumus. Non cernis hîc meram προπάθειαν, qvam Thomas cum Hieronymo exiſtimavit; (η) ſed impaſſibilis DEI atrociſsimum graviſsimumqve πάθος, ut *nusqvam magis pietatem majeſtatemq; Salvatoris admireris.* (θ)

§. II. Ἀγωνίας *ETYMON* in latitudine profani ſenſus Phavorino verè πολυσήμαντος λέξις dicitur: (ι) Et h. l. accommodatiùs παρὰ τὸ ἄγειν, ab agendo, impellendo, urgendo, qvàm ab α & γωνία dici, obſcurum eſſe neqvit. Syrus qvidem vertit per דְּחַלְתָּא qvod timorem, notat juxta Tremellium; anguſtiam & oppreſsionem ſummam, ex Junii verſione: Nec diſcedit Arabs per חַיְפַּר timuit, attonitus obſtupuit: Verùm ex paralleliſmo N.T. τὸ ἀγωνίζεσθαι propriè *contendere & certare* ſignificat. *Agon ab agendo dicitur: qvia ibi vires ſuas Chriſtus contra mortis autorem, mortem & Dominum mortis infernum viriliter egit.* (κ) Verſio ante Lutherũ: (λ) Und do er waz in den Streytt zwiſchen des Lebens und des Todes. Lutheri profundior interpretatio rem oculis exponit: Es kam/daß er mit den Tod rang.

§. III. *DESCRIPTIO*. Agonia Chriſti eſt actio θεανδρικὴ, in profundiſsima κενώσει, qvâ ille in horto Oliveti omnes ſibi ab irato Patre, impoſitas pœnas, noſtro loco deliberata voluntate ſuſtinuit & ſuperavit. Namqve θεανθρώπου eam fuiſſe luctam, & luctantis perſona, & Objectũ, & Finis, & Effectus evincunt. Κένωσιν oſtendit cùm mortifera Agonia, tum corroborantis Angeli auxilium. Iratum Patrem teſtatur noxæ atrocitas, pœnæ gravitas & Salvatoris qverela. Noſtro loco ſponte luctatus eſt, qvia ipſe, cùm ab omni peccato alienus eſſet (ν) καὶ ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρόν. (ξ) Evicit cauſſam robore brachii, (ο) & ſuo merito. (π)

§. IV. *PARTES* ſunt περιλυπία, ἐκθάμβησις, ἀδημονία: *animæ per mærorem circumvallatio, attonitus timor & anxietas.* Hos enim patientis Dei-Hominis actus gradatim complectitur Ἀγωνία. (ρ) Περιλυπία intenſivè & extenſivè accepta, h. l. ex vi vocis, collatione Textus, (ἕως θανάτου) & Interpretum (qvorum Syr. & Chald. per כרא fodere: doloribus debilitari; LXX. pro שחח humiliatum, proſtratum eſſe) nec non Loc. parallelorũ (de luctu Davidis (σ) infauſto nuncio, (τ) juvene divite.

(α) *Programm. Anno 1675.*
(β) *Cæl. Rhodig. l. XIII. cap. 17.*
(γ) *Plutarch lib. I. Symp. cap. 4.*
(δ) *Ebr. II, 7.*
(ε). *Cælius lib. XVI. c. 19*
(ζ) *I. Petr. I. v. 18. 19.*
(η) *Gerhard. Harm. Ev.*
(ι) *Lexic. Græc.*
(θ) *Ambroſ. ſuper Luc. cap. XXII.*
(κ) *Albert. M. ſuper h. l.*
(λ) *An. 1490 Auguſtæ.*
(μ) *Ebr. VII 26.*
(ν) *Luc. XXII, 15.*
(ξ) *Ebr. XX, 2.*
(ο) *Eſ. LIX, 16.*
(π) *Oſ. XIII 14.*
(ρ) *Ex Barradii Tom. IV.*
(σ) *II. Sam. XVIII, 33.*
(τ) *Conf.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101633-p0002-5

divite, (υ) denotat *triſtitiam lethalem, & mærorem, qvo animus undiq;* **Leiden ohne Zahl/ daß ihm umb**
*compunctus & debilitatus proſternitur.* **Leiden ohne Zahl/ daß ihm umb**
**Troſt ſehr bange geweſen/** ut Hiskiæ. (φ) Ubiqve luctus, ubiqve pavor,
& plurima mortis imago.

§. V. Εκθάμβησις, *coborreſcentis corporis conſternatio cum horripilatione.* Timor non ex mentis errore, ſed οἰκονομικῶς aſſumpta naturali mortis formidine. (χ) Syrus habet אתכמר atratum, mœſtum eſſe, LXX. pro pavore, tremore aut profundo ſopore ἐκθάμβησιν ſubſtituunt. Et ipſum θάμβος originem Ebræam, ex תמה obſtupuit cum admiratione, apertè præfert. Nec diſsimili ſenſu in parallelis de attonito ſtupore & ſubitanea conſternatione accipitur: qvalis interdũ in ἐκπλήξει & ἐκστάσει accidit. (ψ) Lutherus vertit, **Zittern:** alibi **Entſetzen.**

§. VI. Ἀδημονία, *graviſſima anxietas,* **Zagen und Todes-Angſt empfinden.** Varia qvidem τοῦ ἀδημονεῖν eſt derivatio: Lingvæ tamen ſacræ (ω) Idiotiſmus & Analogia idem eſſe ſvadet, qvod ἀμηχανεῖν, ἀπορεῖν, **wenn man nicht weiß / wo man für Hertzens-Angſt bleiben ſoll.** Et in profanis qvoq; verbum illud pro ἀγωνιᾶν, item ἀδημονέστερος pro ἀγωνιστικώτερος uſurpatur. (ω) Aqvilæ verſio ἀδημονεῖν adhibet locô שמם vaſtari, obſtupeſcere, ob reatum l. pœnam abominabilem eſſe. Syri Rad. ἐμφατικωτέρα עיק anguſtiis coarctari.

§. VII. *CAUSÆ.* Luctam ſvaſit imperſcrutabilis DEI ſapientia; ardeſcens imperavit amor; immutabilis urſit juſtitia; æterna conſummavit veritas, ut Theandricâ illâ fortitudine rebus humanis conſuleretur. Non ſolus Petrí lapſus, non unum Judæ exitium, ſed totius mundi peccata, totius mundi victimam preſſerunt. (a) Non appetitus tantùm ſenſitivus, verùm tota περίλυπος ψυχὴ ἕως θανάτου tantos cruciatus ſenſit. (b) Nempe ut κατὰ πάντα ſimilis fieret fratribus, excepto peccato; (c) ut exhiberet & humanæ naturæ & divinæ victoriæ & ſatisfactionis mediatoriæ veritatem. Scitè Ambroſius: (d) *Minus enim contulerat mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo pro me doluit, qvi pro ſe nihil habuit, qvod doleret: & ſeqveſtratâ dilectione divinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Suſcepit triſtitiam meã, ut mihi ſuã lætitiã largiretur,* &c.

§. IIX. *OBJECTUM* Agonis nervosè expreſsit Danhauer. (e) Luctatus eſt cum mole & βδελύγματι peccatorum totius mundi, cum flammis infinitæ iræ, cum fulmine Paradiſiaco-Sinaitico, cum maledicto Legis, cum morſu ſerpentis, cum morte non-mortua, ſed aculeata, venefica, cum guſtu æternæ damnationis, cùm poteſtate tenebrarum & portis inferorum. Conf. Hyller. (f)

§. IX. *EFFECTUS* diviniſsimi hujus Agonis (1) Sudor Sangvineus, ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος, **wie geroñen oder geliefert Stück Bluts.** (2) Formidinis, Mortis & omnium hoſtium ſuperatio. (3) Præſentiſsimum in noſtris anguſtiis & extremo agone ſolatium. In tanta Creatoris & conſerva-

*Gerb. Harmon. Evang.*

(υ) *Matth. XIX, 22.*

(φ) *Pſ. XXII Eſ. XXXVIII 17.*

(χ) *Damaſc L. III. Orth. Fid.*

(ψ) *Klotzig de Cruciat. anim. Chriſt.*

(ω) *Phavorinus.*

(a) *Geſnerg in Paſſion.*

(b) *Contra Scholaſtic. Vid. Gerb. & Klotz. l. c.*

(c) *Ebr. II.*

(d) *Super Luc. c. XXII.*

(e) *Vid. Hodos. Phan. 8.*

(f) *Theſaur. meditat. p. I. m. 29.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101633-p0003-0

QK II, 538

ſervatoris naturæ univerſæ ad ſervilem conditionem demiſsione, *arcanum Redemptionis noſtræ* continetur, nec verbis explicabile, nec ulla ingenii vi perveſtigabile. (g)

(g) *Camerar. in Not. ad Lucam.*

§. X. *ADJUNCTA*. Præter *Locum*, *Tempus* & *Perſonas* ( qvarum tres aſſumpſit, np. eos Diſcipulos, qvi divinæ gloriæ & ſuperni teſtimonii ſpectatores (h) & auditores fuerunt, ut cùm viderent laborantem, hoc humanæ eſſe naturæ, dicerent. Theophylactus. (i) hæc Chriſti Agonia fuit (1) *Voluntaria*, non minus ac Joh. XI, 13. ἐτάραξεν ἑαυτὸν. (2) *Veriſſima*. Verus homo, ob veros ſenſus & affectus & exqviſitum temperamentum, אכן verè (k) ſenſit & ſuſtinuit dolores noſtros. (3) *Victorioſiſſima*. Tota Chriſti paſsio eſt actuoſiſsima: luctando vicit; ſudando emundavit; moriendo vixit.

(i) *Enarrat. cap. XXII. Lucæ.*

(k) *Eſ. LIII, 4.*

§. XI. *OPPOSITA*. 1. *Arrianorum* ἐξαγώνιον argumentum, dum propter πάθος Agonis Chriſti Divinitatem negarunt, contra Philip. II, 7. ἐκένωσεν ἑαυτόν. 2. *Aphthartodocetarum*, qvi Salvatorem φαινομένως tantùm conſternatum fuiſſe, delirarunt. Contra Ebr. II. & V. πεπειρασμένος κατὰ πάντα. 3. *Scholaſticorum & Pontificiorum*, ſenſus & rationis, carnis & ſpiritus, honoris & contumeliæ conflictum intelligentiũ. Contra Matth. XXIII, 38. ψυχὴ περίλυπος ἕως θανάτου.

§. XII *COMPARATA*. Hîc verò incomparabilem & μονότροπον cogita Luctam, cui nemo niſi geminæ Gigas ſubſtantiæ par fuit. Hinc Scriptura per συγκατάβασιν atrocitatem ejus graviſsimis verbis deſcribit. Ecce tibi ἀντίτυπος *Simſon*, ad mortem afflictus. (l) *David* in præſentiſsimis mortis anguſtiis. (m) Chaldæus utrinq; habet Syr. עוק, aliàs pro ἀδημονεῖν. (n) Hic *cerva matutina*, Leonis rictu obſtupefacta, *vermiculus purpureus*, *torcularis calcator*, *ſecundus Adam* ad tribunal furiis peccatorum ταραχθεὶς, hîc παμμάχος victorioſiſsimus.

(l) *Jud. XVI 16.*

(m) *1. Sam. XXX, 6.*

(n) *Job. II, 13*

§. XIII. Valeant jam *Athletæ gentium*: Valeant *Agones Herculei*, *Olympii*, *Pythii*, *Iſthmii*, *Nemæi*, *Sacri*, *Muſici*, *Lampadodromici*, Δορυπετεῖς, *Epitaphii*, *Gymnici*, *Capitolini*, ad bellorum præexercitamenta & corporis ἐυρύθμου robur inſtituti; qvorum Victoribus ab Agonothetis coronæ, ſtatuæ, epinicia, triumphi decernebantur: (o)

*Nobis Luctator Jëſus Unus amor, qvi pro nobis luctando triumphat.*

(o) *Petr. Faber de Agoniſt. Cælius Scalig. Lipſius*, &c.

§. XIV. Atq; hoc vult præfatio noſtra. CHRISTIANUS **Höpner** / Franckenbergâ Miſnicus, poſtqvam per aliqvot annos ſua in bonis litteris certamina apud nos obiit, graviora ſtudia aggredi juſſus, florentiſsimam petet Lipſiam. Ut verò Pietatis ſuæ teſtatam relinqveret memoriam, in honorem Paſsionis Dominicæ de *Agone Salvatoris* Carmine Epico Latino dicere conſtituit. Finita Oratione ſuum ſubjunget VALE. Cui modeſto nec infelicis indolis Adoleſcenti fauſtiſsimas Viales & exoptatiſsimos in ſtudiis ſucceſſus apprecamur.

*F I N I S.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101633-p0004-6

בשש

§. I.

tum, luctatoris JESU palæ-
it Αγωνία, in qvâ παγκρατιαςὴς victor
oleagineam accepit coronam, (γ) ſed
honore fuit coronatus. (δ) Pythicos
ματίτας aut ςεφανίτας fuiſſe accepi-
ερτοῖς, ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι (ζ) luctando
meram προπάθειαν, qvam Thomas
) ſed impaſſibilis DEI atrociſsimum
vam magis pietatem majeſtatemq; Sal-

n latitudine profani ſenſus Phavorino
r: (ι) Et h. l. accommodatiùs παρὰ τὸ
gendo, qvàm ab α & γωνία dici, ob-
 vertit per דְּחַלְתָּא qvod timorem,
m & oppreſsionem ſummam, ex Junii
r חֲפַז timuit, attonitus obſtupuit:
γωνίζεσθαι propriè *contendere & certa-*
*tur: qvia ibi vires ſuas Chriſtus contra*
*num mortis infernum viriliter egit.* (κ)
er waz in den Streytt zwiſchen des Le-
fundior interpretatio rem oculis ex-
d rang.
nia Chriſti eſt actio θεανδρικὴ, in pro-
to Oliveti omnes ſibi ab irato Patre,
liberata voluntate ſuſtinuit & ſupera-
fuiſſe luctam, & luctantis perſona, &
cunt. Κένωσιν oſtendit cùm mortifera
geli auxilium. Iratum Patrem teſtatur
Salvatoris qverela. Noſtro loco ſpon-
mni peccato alienus eſſet (ν) καὶ ἀντὶ
έμεινε ςαυρὸν. (ξ) Evicit cauſſam ro-
π)
υπία, ἐκθάμβησις, ἀδημονία: *animæ*
*nitus timor & anxietas.* Hos enim pa-
tim complectitur Αγωνία. (ϱ) Περιλυ-
a, h. l. ex vi vocis, collatione Textus,
rum Syr. & Chald. per כרא fodere:
שׁחח humiliatum, proſtratum eſſe) nec
avidis (σ) infauſto nuncio, (τ) juvene
divite.

*(α*
*Progr*
*Anno*
*(β) Ca*
*dig. l.*
*cap. 1*
*(γ) Plu*
*lib. I.*
*cap. 4*
*(δ) Eb*
*(ε). C*
*lib. XI*
*(ζ) I.*
*v. 18.*
*(η) Ge*
*Harm*
*(ι) Le*
*Græc.*
*(θ) A*
*uper*
*cap. X*
*(κ) Al*
*M. ſu*
*(λ) A*
*Augu*
*(μ) E*

*(ν) Lu*
*XXII*
*(ξ) E*

*(ο) E*

*(π) C*

*(ϱ) E*
*radii*
*IV.*
*(σ) II*
*XVII*
*(τ) C*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-101633-p0005-1